Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

An quis se ipsum infumare poßit cap. 66.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

quo non peruenerat nec peruenturum erat, & eſt contra charitatem, & ideo illicitum: & eſſet contra iuſtitiam, ſi inde damnum aliquod famæ in conſanguineos, vel aliud corporale, in ipſummet diffamatum redundaret.

An quis ſeipſum infamare poßit Cap. 66.

CAietanus negat licere etiam in tortura ſe infamare; quod tamē Sotus; & Nauar. affirmare videntur. Certum tamē eſt, inquit Toletus: * Primo non eſſe contra iuſtitiam ſeipſum infamare, niſi inde nocumentum aliquod in alios deriuetur. * Secundo ſe infamare ſine cauſa eſſe contra charitatem, & mortale quando quis ſibi falſo imponit crimen grauiſſimum, vt hæreſis, ſecus ſi tantū occultū reuelaret, vel crimen non eſſet ita graue, & abeſſet periuriū.

*Tertio poſſe quemlibet in tortura poſitum, etſi iuridice non interrogetur, reuelare crimen occultum ſui complicis, non poſſe tamen reuelare illud ſecretũ, ex quo ſequitur damnum publicum, neq; quidquam eorum quæ in confeſſione, aut per confeſſionem accepit. Ac poſtremo eundem in tortura conſtitutum, poſſe manifeſtare ſuum crimen verum, etiamſi non interrogetur iuridice, nec aliud inde damnum ſequatur, quam infamiæ propriæ. Ac præterea poſſe etiam citra mortale, fateri crimẽ ſibi falſo impoſitum pro cuius confeſſione torquetur, modo abſit periuriũ & crimen illud non ſit hæreſis, & nullum aliud damnum ſequatur quam infamiæ & vitæ ipſius, nec confeſſarium debere illum adigere, vt iterum verum dicat, nequidẽ ſi hæreſim ſibi impoſuiſſet.